

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput VI

urn:nbn:de:bsz:31-97032

C A P U T VI.
D E A G N O S C Y T H I C O,
Æschinomene & Amfiam.

Agnus *Scythicus* planta est, ex semine minus oblongo, producta. Borametz Tartari vocant. Crescit agni figura, ad ternum fere pedum altitudinem; quem pedibus, unguis, auribus, toto capite, præterquam cornibus, representat. Pro cornibus pilos gerit, singularis cornu specie obducitur tenuissimo cornu, cuius destracti usus incolis ad tegmina. Dulcore est admirabilis; è vulnere sanguis manat. Vicinis quamdiu obfidentur herbis, tamdiu vivit; moritur, has si decerpseris. Appetitur à lupis; ab aliis bestiis, quæ carne vescuntur non item. *Scalig. Exerc. 181. sect. 29.* Æschynomene admotam manum refugit foliorum contacu. Id Apollodorus Democriti discipulus prodidit Amfiam, medicamentum est apud Indos: Mira quazdam in ejus usu. A teneris non assuetos, si post votetur, interficit; assuetos & omittentes interimit; continuantibus nil nocet. Cambajæ mulieres cum se supplicio subducere volunt, mandunt: sine dolore moriuntur. Provinciæ Regulus hoc à teneris nutritus ita venenosus evasit, ut muscae quæ solo succu cutim perstringerent, turgidae interirent. Opium esse putatur & Turicum Maflach. Quamvis enim hoc ex cervatæ succo parati Turcarum secreta relatione sibi cognitum esse scribat Turnheuserus herbar. lib. 1. c. 29. Attamen nihil aliud quam Opium esse, præter Scaligerum, Poterius & Iohannes Baptista Sylvagius Reip. Veneta apud Turcarum Imperatorem interpres, testantur. Hic enim à Bueretio interrogatus, duo medicamenta præcipue habere Turcas, hilaritatis quasi illicia, Amfiam nempe & Bongelie retulit. Illud ex opio; hoc ex melle, foliis & semine Cannabis pulvrisati paraci & in frequentissimo usu esse. Conjicit & hoc in summa pericula. Delirantes enim reddit, & si somnum capiant,

DE B
M Agri a
giaci, alter
spyr in fu
quaco mag
lo urbe en
eius rute
Septemb
mum en
geratina p
Nam cau
sentiam,
item lucu
Colligitu
fla incisur
zime ang
toto di
6. de pla
moti, sc
vitro, la
randam an
niculicoll
substantia
tensi &
Pauclum
tur, aqu
regit. Et
centio re
seniam etat
deperdit,
men aflare
cio atenuat

piant, gigantes pugnare, ignes & civitates ardere in somniis conspiciunt.

CAPUT VII.

DE BALSAMO & BETEL

M Agni ante hac in Iudea proventus *Balsamum*, idque in duobus regiis hortis (alter jugerum vincti, alter pauciorum:) jam non reperitur. Reges Ægypti in suum trahitissime hortum verisimile est, tanquam magnificentiae æmulos. *Plin. lib. 12. cap. 25.* In urbe enim Cairo Balsami exstat viridarium. Folium ejus ruta simile, perpetuo virens. In Matharia mense Septembri, paucis admodum foliis, iisque recens primum enatis, vestitam vidit Bellonius ut hyeme nova germina produceret. Præter naturam id fuisse certum. Nam cæteræ arbores hyemis patientes sub veris præfensioniam, & folia priota depônunt, & nova cum novis item surculis progerminant. *Doring. de Balsamo. 1. c. 3.* Colligitur lachryma in caudice & parte superna, facta incisura unguibus ferreis, subsidere cum æstas maxime angit. Quod manat, malcum non est. Vix enim toto die concha impleri potest. *Theophrast. 1. 9. cap. 6. de plantis. Plinius,* si ferro incidatur, statim emori, scribit; ob id que qui opobalsamum colligunt, vitro, lapide, ossisque cultellis, ad corticem vulnerandam utuntur, & succum lana excipientes, in corniculis colligunt. Color succi per ærates variat, adde, substantiae modos. Recenter extractus albus est, tam tenuis & levis, ut ex alto in aquam projectus vix pauxillum mergarut. Confestim assurgens dissolvitur, aquæ miscetur & totam ipsius superficiem contergit. Exacto quinquennio auri formam induit, decennio retinet, mediocriter crassus. Ab hoc tempore sensim crassescit, melleo colore tingitur, odorem ita deperdit, ut nonni si fricatione deprehendatur. Si tamen æstate ab externo æris calore hyeme ignis beneficio attenuetur aquæ vel laeti instillatus albescit. Id adeò

ut